



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

86. An coram Conservatore evocari possint, qui sunt alterius Diœcesis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

territorium seu Jurisdictionem, aut Judicium seu tribunal aliquod inferius & sub-
 suppositum habere, & ratione ejusmodi bonorum poterit eis adherere Jurisdictionem
 Wames. conf. 274. nu. 6. de appell. ab ejusmodique Tribunalibus appellatio erit ad
 perioem Ecclesiasticam interponenda, Wames. d. conf. 174. & 175. de appellat.

Q V A E S T I O LXXXVI.

An coram conservatore evocari possint alii alterius Diocesis?

Videtur quod non; quia statui non potest ut alter alterius Jurisdictionis ab alio
 coram Actoris iudice evocetur. *Barth. l. 2. n. 2. C. de Jurisdic. om. Jud.* Verum con-
 trarium est respondendum. Sicut enim coram Papa, quilibet ubicumque existens
 in jus vocari potest. *Barth. in extravag. ad reprimendum vers. per edictum n. 10. ple-*
 enim est Vicarius ejus, cujus est terra & plenitudo orbis ejus, *Clem. 1. de Judic. d. ord.*
d. num. 10. Ita & coram conservatore qui Papæ vices gerit, modo tamen in terri-
 tum habeatur ratio, de quibus alio in loco scripsi *tom. 2. part. 2. quest. 106.* & nec
 qui evocatur notabile incommodum inferatur. Privilegia enim non conceduntur
 cum magno tertii incommodo. *Emanuel Roderic. Reg. quest. tom. 2. quest. 61. art. 4. in*
fin. & notari tom. 2. de Jurisd. ord. in Exemptos part. 1. §. 2. scholio 27. nu. 14. Porro
 quod scripsi coram Papa, quemlibet posse evocari, intelligendum est iure commu-
 ni: habent enim pleræque Provincie, & ditiones Privilegia, subditos, non verb
 Exemptos, nisi quadantenus afficientia primæ instantiæ, de quibus disponat Con-
 ciliium Tridentinum *sess. 24. cap. 20. de Ref. & nos de eo supra scripsimus d. Tomo 2.*
part. 1. §. 13. schol. 184. num. 5. & seqq.

Q V A E S T I O LXXXVII.

Testamentum in loco Exempto conditum, an subsistat si careat solem-
 nitatibus alio in loco requisitis.

Rolandus à Valle *Conf. 57. nu. 23. usque ad nu. 46. & per tot. vol. 3. & Angelus Conf.*
243. per tot. responderunt subsistere. Posteriusque testamentum conditum
 adhibitis solemnitatibus in loco Exempto requisitis invalidare prius testamentum,
 quod majoribus solemnitatibus, atque cautelis in loco Ordinario subiecto fuerat
 conditum.

Q V A E S T I O LXXXVIII.

Ordinarius in loco Exempto existens, utrum beneficia in sua Diocesi
 vacante conferre possit.

Dubi-